Tuscorum subintravit Ytaliam et per ripam
Januensem Pisas devenit destructoque ex
parte Lucano districtu Guelfis quoque pulsis
e Senis fortificari cepit.

zu 1267) Padue [Eo tempore Soldanus Babi-
lonie devastata Armenia Anthiochiam
unam de famosioribus civitatibus orbis cepit
et tam viris quam mulieribus occisis et captis
ipsam in solitudinem redegit.

D. die XIII Dec.

Madii

occisus [Et Conradinus olim nepos Federici
imperatoris parvipendens domini pape excom-
municationem et contra dominum regem Karo-
lum quem ecclesia regem fecerat insurgens
cum Theotonicis quos habuit et quam pluribus
Lombardis et Tuscis adunatis pervenit usque
Romam. Cum imperiali more solempniter fuisset
receptus associato senatore domino Henrico
frate regis Castelle (!) et pluribus Romanis
contra regem Karolum iverant in Apuliam
Sed post durum campestre bellum Conradinus
cum suis terga vertentibus fuit captus et cum
multis aliis nobilibus decapitatus. Et die
Veneris VI Julii dominus Raynerius Zeno
dux communis Venetiarum obiit et die Lune
XXIIII Julii predicti electus fuit dominus Lau-
rentius Teopolo in ducem Venetiarum et

Karolus

Andagavie

Folcalcherii so auch später

E. erat [ut statim sequitur.